

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5360

Auteur(s) : Henri, Bayeux (chantre)

Auteur(s) : R., Bayeux (archidiacre)

Bénéficiaire(s) : Guillaume de Tournebu, Coutances (évêque)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : [1187-1202]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Le chantre et l'archidiacre de Bayeux transmettent à l'évêque de Coutances Guillaume [de Tournebu] un mandement de l'archevêque de Rouen. Celui-ci a appris du chapitre de Coutances que l'évêque prévoyait de reprendre le patronage de Sainte-Marie-du-Mont aux chanoines pour le donner à deux vicaires. L'archevêque a donc nommé le chantre et l'archidiacre de Bayeux comme médiateurs pour protéger les biens du chapitre et convoquer les deux parties.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 107, p. 230-231.

Dissertation critique

Datation proposée par J. Fontanel : Delisle propose la date de 1195. Guillaume de Tournebu a été évêque de Coutances de 1184 à 1202. D'autre part, l'acte est rédigé après la confirmation par l'évêque Guillaume de Tournebu du don de ce patronage en 1187 (FONTANEL, actes n° 103 et 104 ; SCRIPTA 5356, 5357) (Voir FONTANEL, p. 231, note 1).

R. archidiacre de Bayeux : Robert de Maintenon ou Robert Bernardi ou Raoul de Condé.

Texte établi d'après a

Venerabili domino et patri Willelmo, De[i] gratia Constantiensi episcopo, H. cantor et R. archidiaconus Bajocensis, salutem et sincere dilectionis affectum. Mandatum domini archiepiscopi Rothomagensis suscepimus in hec verba : « Archiepiscopus Rothomagensis, H. cantori et R. archidiacono Bajocensi, salutem. Accepimus referentibus dilectis in Christo filiis canonicis Constantiensibus quod venerabilis frater noster Willelmus, Constantiensis episcopus, cantariam ecclesie de Popevilla que a bone memorie Ricardo, Constanciensi episcopo, eis in augmentum communie sue concessa et confirmata dignoscitur, cujus etiam donationem et nos et prefatus Willelmus episcopus scriptis attentius confirmavimus, duobus vicariis assignare contendit. Volentes itaque indemnitati Constantiensis ecclesie, de qua plura percepimus beneficia, modis omnibus providere, discretioni vestre mandamus quatinus quamcitus predictis episcopo et canonicis locum competentem et diem prefigentes ad pacem et concordiam inter eos vigili sollercia intendatis ; quod si alterutra partium consilio et ammonitioni vestre se dificilem exhiberit, nobis litteris recurrentibus nuncietis, preterea prefatum moneatis episcopum ut capituli sui deferat appellationi et

nichil contra capitulum, pendente appellatione, innovare presumat. Volumus enim ut res canonicorum in eo statu serventur in quo tempore appellationis fuisse noscuntur. Valet ».

Diei igitur ac loci oportunitate considerata, decrevimus vobis ad Sanctum Laudum occurrere, die Jovis proxima ante festum beate Marie Magdalene, vobis auctoritate domini archiepiscopi mandantes ut eo die [...] venire curetis quamcitus, quod nobis a domino et patre constat injunctum, divina favente clemencia, felicem sortiatur effectum.